Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Intervalla

Agger

et ualli dicti qd fingantur & uellantur. Intervalla s spacia inter
capita uallorum. i. stipitum quibus uallum fit. unde ycetera quoque spa
cia dicuntur ab stipitibus scilicet. Agger cuius libet rei aceruatio.
unde fossę aut ualles possunt repleri agger proprie dr terra aggesta
quę uallo facto proprius ponitur s; ab usiue y muros y munimenta
omnia aggeres dicimus. Macerię s parietes longi quibus uineę
aliquę claudunt. Longum enim greci macron dr. Formatum
siue formatium. in affrica & hispania parietes a terra appellant
quo in forma circumdatis duabus utrique tabulis inseruntur uel in-
fertiuntur
uerius quam instruunt. aeuis durant incorrupti uentis ig
nibusque y omni cemento fortiores. Sepes munimenta satorum sunt
unde y appellatę. caulę munimenta ouium uel sepimenta ouilium.
Est autem grecum nomen. c. de tracta. nam greci aulas uocant animalium
receptacula. De tentoriis.

Tabernacula tentoria s militum quibus in itinere solis ardores
tempestatesque imbrium frigorisque iniurias uitant. Dicta
autem tabernacula qd cortinę distinctę funibus tabulis inter
stantibus appenderentur. quę tentoria sustinerent. Tentorium
uocatum eo qd tendatur funibus atque palis. unde hodie pretendere
dr. Papiliones uocantur a similitudine paruuli animalis
uolantis quę maxime abundant florentibus maluis. hę sunt
auiculę quę accenso igne conueniunt & circa uolitantes ab
igne proxime interire coguntur. De Sepulchris.

Sepulchrum a sepulto dictum prius autem quisque sua sepeliebatur
postea uentum est legibus ne fetore ipso corpora uiuentium
contacta inficerentur. Monumentum ideo nuncupatur eo qd mentem
moneat. ad defuncti memoriam. Cum enim uideris monumentum
illud est qd scriptum est. Excidi tanquam mortuus a corde.
cum autem uideris monumentum monet mentem y ad memoriam